



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Tractatvs De Regimine Ecclesiae Episcopalis In Octo  
Libros Distribvtvs**

**Antonelli, Giovanni Carlo**

**Velitris, 1650**

De Sacrilegio. Cap. XXXVI.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11401**

suam cum aliquo viro rem habuisse, eidem viro ipsa quoque sui corporis copiam fecerit; item mulier, quae cum Patre, & filio, siue cum duobus germanis fratribus scienter se carnaliter commiscuerit, etiamsi eorum alteri fuerit matrimonio copulata, pena mortis damnamur: eamdemque penam subit vir, qui sciens, patrem, aut filium, vel fratrem suum eum muliere aliqua rem habuisse, ipse etiam eamdem mulierem carnaliter cognoscere ausus fuerit, ut cauetur per constitutionem Sixti V. contra Incestuosos quam refert Ricc. in Collect. dec. 1869. par. 5.

Clericus vero pro crimine incestus deponitur Clar. in § Incestus vers. sed quero, ubi d. hanc esse communem: & ipso iure vacant eius beneficia Guid. Pap. dec. 239. quem refert, & sequitur Ricc. in Collect. dec. 1864. par. 5. & si constitutus sit in sacris ordinibus, & matrimonium contrahere presumperit, est etiam ipso facto excommunicatus per d. Clem. vn. de Consang. & affin.

3 Verum supradictae penae non habent locum contra eos, qui incestas nuptias per ignorantiam inris vel facti etiam ex crassa, & lata culpa contrahunt Bart. in l. si adulterium cum incestu nu. 11. ff. de Adulter. & hanc esse communem d. Clar. in d. § Incestus vers. excusat Ricc. in Collect. dec. 151. par. 1. etiamsi detecta consanguinitate simul adhuc cohabitent & se carnaliter cognoscant iuxta glos. in d. Clem. vn. ver. scienter, qua

esse ab omnibus approbatā d. Clar. in d. S. Incestus vers. sed pone. grauiter tamen peccant in tali casu cap. inquisitioni de Sent. excom. & ideo debet per Iudicem ecclesia sticum separari cap. fin. de matrim: contr. con. Interd. Ecclej.

Secundò pœnae juris ciuilis no proceduntia nuptijs, quæ sunt incestæ de iure Canonico, sed tantum in nuptijs incestis de iure ciuili secundum communiorum DD. sententiā Clar. in d. S. Incestus vers. quero numquid & alij apud: Ricc. in Prax. for. eccles. par. 3. ref. 63.

Tertio licet committatur etiā incestus cum cognato cognatione legali per adoptionem aut cognatione spirituali per suscepctionem in baptismo, vel in confirmatione in ijs gradibus, in quibus dirimitur matrimonium, ut dicunt DD. apud Bonac. de matrim. q. 4. pun. 16. num. 2. tamen in his casibus pœna d. auth. incestas nuptias, ac predicta clem. vn. de Consang. & affin. non habent locum, ut d. glos. in d. Clem. vn. ver. eos Clar. in d. S. Incestus vers. item quero Nauar. cons. 3. nu. 3. de Iudic. & cons. 8. num. 6. de Cognat. spirit. & alijs communiter.

Quarto dispensatio Summi Pötincis super matrimonio inter consanguineos contracto liberat etiam à pœna temporali, ut dictum sum refert Ricc. in Prax. for. eccles. par. 4. ref. 529.

S V M M A R I V M.

1 Quid nomine sacrilegij intelligatur.

2 V u-

- 2 Vulnerantes, seu spoliante mor-  
tuorum cadavera sacrilegium  
committunt.  
3 Hoc crimen est mixti fori.  
4 sacrilegi quaester puniantur:

## C A P. XXXVI.

## De Sacrilegio.

**L** Omine sacrilegij in-  
telligi debet non tan-  
cum furtum sacrile-  
gum, sed quævis in-  
digna tractatio, seu  
violatio rei sacrae, siue sit personæ  
perfonicationem, stuprum, ver-  
berationem: siue loci sacri per  
seminis, aut sanguinis effusionem,  
criminosi extractionem, ac deni-  
que quævis ecclesiæ immunitatis  
violatio, ut d: Layman. in Theol.  
mor. lib. 4. tr. 9. cap. 2. num. 5.

2 Sacrilegium etiam committunt  
vulnerantes, aut spoliante de-  
functorum cadavera, siue id fiat  
in loco sacro vi d: Menoch. de Ar-  
bitr. q. 389. per tot. quem refert, &  
sequitur Ferr. qq. mor. par. 1. q. 55.  
num. 5. siue extra locum sacrum,  
quo casu quasi sacrilegium dici-  
tur, ut notat glos. in l. 1. ver. crim. C. de sepul. viol.

3 Hoc autem crimen est mixti fo-  
ri cap. quisquis inuenitus 17 q. 4. c.  
cum sit generale de for. compet. l. 3.  
ff. ad l. Iul. peculat. Ricc. in Praxi  
Remissionis Delinquent. q. 43. Clar.  
q. fin. q. 37. vers. vterius quero  
Dian. par. 1. tr. 2. ref. 82. Mastrill.  
decis. 68. num. 4. & ita seruari dicit  
Gnid. Pap. decis. 562. nu. 3.

Vnde Index ecclesiasticus pu-

nire potest laicos percutientes  
clericum cap. si quis suadente 17.  
q. 1. secundo violantes monialem,  
seu id attentantes l. si quis non  
dicam C. de Episc. & Cler. Barbos.  
de off. & pot. Episc. par. 3. all. 107. n.  
34. tertio raptiores, & inuasores  
terum ecclesiasticarum d: e. cum  
sit generale, vbi glos. de for. com-  
pet. d. cap. quisquis inuenitus 17. q. 4.  
quarto occupantes bona, seu iu-  
ra ecclesiæ cap. conquestus eod. tit.  
de for. compet. quinto sceminas, que  
cum personis ecclesiasticis deli-  
querint Mastrill. d. decis. 68. nu. 4.  
Barbos. d. par. 3: all. 107. num. 34.  
Bellett: disquis. Cleric. tit. de fauor.  
cleric. real. S. 4. num. 12. & seq:

Sacrilegi vero pena arbitraria  
tam de iure ciuili, quam canonico  
puniuntur d. l. 3. § mandatis ff.  
ad l. Iul. peculat. Decian. in tract.  
crim. tone. 2. lib. 6. cap. 33. num. 121. e  
seq. & præcipue num. 38. Menoch.  
de Arbitr. Iud. lib. 2. causa 289. n. 13.  
Sperell. decis. 4. num. 5. Vnde furan-  
tes re sacram in loco prophano,  
siue rem prophanam in loco sa-  
cro aliquando ultimo suppicio,  
ali quando ad triremes, vel ad  
fustigationem condemnantur iux-  
ta facti, & personarum qualitatē,  
ut d: Ricc. in collect. dec. 1865. p. 52.  
Clerici vero debent deponi, Bo-  
nac: relatus in Syntag: com: opin.  
tit. de sacrilegij criminis cap. qn.  
vers. 1. scrilegi debent.

Qui vero vas, vbi continetur,  
seu reponitur sacratissimum Chri-  
sti corpus, surripuerint, vel de-  
testanda manu sacram Eucaristi-  
am contrectauerint, morte  
damnantur Clar. in § sacrilegium  
B b b b 2 vers.

*vers. sed quare: immo tales sacri-  
legos esse comburendos propter  
granitatem criminis dicunt DD.  
quos refert, & sequitur Ricc.in.  
Prax:for.eccles.par.3.ref.409.*

Obserua tamen, quod licet Iu-  
dex secularis praeuenerit, poten-  
tit nihilominus ecclesiasticus pro-  
cedere ad penas spirituales,  
præfertim contra percutientes  
clericum Clar. S fin:q.36.vers.que 3  
ro quid si per laicum, & alij apud  
Bonacim.de legib.disp.10 q.2. pun:  
l. 1.num.31:

### S U M M A R I U M.

- ¶ *Violantes sepulchra ab utroque  
Iudice, ecclesiastico videlicet &  
seculari puniuntur.*
- ¶ *Item arbitraria pena plectendi  
sunt.*
- ¶ *Sepulchri violati actio quando  
competat.*

### C A P. XXXVII.

#### De violatoribus Sepulchrorum.



¶ *Oc delictu inter can-  
fas mixti fori numerandum est, ut di-  
cit Farinac.to 1.q.20.  
num.124. quem refert, & sequitur  
Ferr.q.1.mor.par.1. q.35.n.9: ut tra-  
que enim lege punitur, ut constat  
ex cap.infames 6.q.1. ubi tales no-  
tantur infamia, & ex toto tit. ff.  
& C. de Sepul. viol. vbi diuersæ  
penæ reperiuntur contra huius-  
modi sepulchrorum violatores,  
ut notat etiam Rip. in Tract. de  
Pest.tit.de Remed. præseris.n. 115.*

¶ *Hodiè vero peña arbitaria  
iuxta facti, & personarum qual-  
itatem puniuntur glo. in l. qui se-  
pulchra ver. videtur impositum C.  
de Sepul. viol. Ferr.loco cit. num.8.  
Clar. S fin:q.68.in fin. Menoch. de.  
Arbitr.Iud.lib.2 centur.4.caſ.387.  
num.1. & 15.in fin.Farinac.q. 20.  
num.124.Ricc.in Collect. dec. 559.  
par.2.*

*Notandum est autem, quod se-  
pulchri violati actio non compe-  
tit, nisi quando corpora sepulta-  
rae perpetuae tradita sunt: secus  
si ad tempus l. 3: S. non perpetuae ff.  
de sepul. viol. Menoch.loco cit.n. 24.  
& 25.Farinac. d.g. 20. num. 128.*

*Secundò non procedit contra  
violantes sepulchra eorum, qui  
sepulti sunt contra prohibitionē  
legis Grammat. dec.8a. nu.5. Far-  
inac.loco cit.nu.131. & seq. quales  
sunt primò Vfurarij mani-  
festi cap. quamquam de Vfur.in 6.  
secundò nominatim interdicti  
item. i de sepult. Tertiò excommu-  
nicati cap. sacrī ex. eod. tit: de se-  
pult. quod intellige, dammodo  
sint denunciati, vel publici, sen-  
notorij clericorum percussores  
iurū extrahit. Ad evitanda Nau: in  
Man. cap.27.nn. 35: & 36. & alij  
communiter. Quartò seipso occi-  
dentes c. placuit: 23.q. 5. nisi per-  
furorem id fecerint glo. ibidem in  
ver. voluntarii, & in cap. ex parte  
ver. non sponte de sepult. non tamē  
esset illi deneganda ecclesiastica  
sepultura, qui reperitur mortuus  
in puto, vel laqueo suspensus, si  
non constet, quod se ipsum o-  
ciderit: quia potuit ab alio inter-  
fici c. non aslimemus 23.q. 2: nisi  
vehe-*